



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 7. Sessio XXIV. Basileensis Synodi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

jam Innocentii III temporibus observatum le- Sæcul. XV.
 gimus. Papa igitur beneficia, quorum ti- A. C. 1436.
 tulares vel in Curia, vel duorum dierum iti-
 nere a Curia decedunt, solus confert. Huc-
 usque Fleurius.

§. VII.

Sessio vigesima quarta Basileensis Synodi.

Sessione XXIV habita die Sabbati deci- Labbe Cons.
 mo octavo Calendas Maji, id est, de- to. 12. p. 567.
 cima quarta Aprilis, confirmatæ sunt pro-
 missiones, quæ ab Oratoribus Synodi Im-
 peratori Græcorum, & Patriarchæ Con-
 stantinopolitano factæ fuerunt, eadem-
 que occasione approbata sunt capitu-
 la Synodales inter, & Græcorum de-
 legatos conclusa. Quibus peractis pro-
 mulgabantur securitatis literæ a Syno-
 do Græcis ad Concilium generale acces-
 suris concessæ. Tandem etiam publica-
 ta est indulgentia, seu remissio omnium
 poenarum semel in vita, & in mortis arti-
 culo iis indulta, qui ad promovendum
 sanctissimum opus unionis inter utram-
 que Ecclesiam subsidio aliquo concurre-
 rent. Ex Actis Augustini Patricii disci- Act. Patric.
 mus, huic Sessioni decem duntaxat Epis- Conc. gener.
 copos, & Abbates tredecim interfuisse, tom. 13. p.
 atque huic indulgentiarum decreto acri- 1541.
 ter restitisse Eugenii Papæ Legatos San-
 ctæ

Sæcul. XV *etæ* Crucis, & S. Petri ad vincula Cardinales.
 A. C. 1436.

§. VIII.

Legati Pontificis indulgentiarum Decreto oblitantes.

Idem enim in quadam Congregatione Generali die undecima Maji celebrata hoc decretum nequaquam tolerandum esse demonstrant, I. quia ejusmodi indulgentias non nisi quæstus ac lucri causa indictas esse suspicio foret. II. *Quia nisi suspenderentur, Regnum Cypri & Insula Rhodiarum Christianorum fortissima propugnacula, ex hoc & scandalum, & gravem injuriam paterentur; & si semel publicatis ejusmodi indulgentiis quocunque fato Græcos ad Synodum non venire contingeret, horum absentia causa omnino Pontifici & Synodo imputaretur.* Prius itaque quam concederentur indulgentia, certum debere esse adventum Græcorum. Pariter nomine Eugenii Papæ hi Legati a Basileensibus instanter postulaverunt, ut pro futuro Concilio locum iuxta conventionis sancitæ leges mature considererent. Ad hæc promittebant Pontificibus, Eugenium, si cum illo de loco Concilii convenire vellent, sexaginta aureorum millia pro Imperatoris suorumque itineribus necessaria suppeditaturum. Graviter denique